

## Advertencias para

habet ipsū Diffinitoriū pro nominatis, & q  
ex tunc & pro tunc ipsum Diffinitoriū  
eos nominat, conceditq; licentiam offici-  
um Parochi exercendi in populis Indorum  
nunc assignatis, & pro tempore assignan-  
dis, quia hoc tantum est, ac si in ipso Capitulo  
Prouinciali daretur licentia: quoniam ibi cō-  
fertur. Et hoc probatus argumēto eorū, quæ  
quodidie versāt in praxi. s. quādo delegato cō-  
cedit, ut quos ipse in Prælatos, vel in procu-  
tores nominauerit, delegās ipse, scilicet, Epis-  
copus, vel Ordinarius ex nunc, pro tunc ha-  
bet pro nominatis, & ipse eos nominat.  
Tunc enim non delegatus, sed delegans no-  
minat, prout tenet Glosa cōmuniter recepta,  
in cap. I scui. de Offic. deleg. lib. 6. & cap. I.  
de Procurat. quam sequitur Silvester. 2. de-  
legat. §. 8. pag. 6. Et sic dato, quod non  
sit ordinaria, nec delegabilis hęc potestas  
huius Brevis, potest tamen hoc modo com-  
mitti. Et quia Breue non mandat, q Frat-  
tres, qui obtinere debent hanc licentiam.  
sunt personaliter presentes in Capitulis Pro-  
vincialibus, neq; quod ibi examinentur, sed  
solum quod ibi obtineatur, si quomodo cun-  
q; verificetur, quod in Capitulis Provincia-  
libus